

Cartulaire de Marmoutier pour le Dunois, Cartularium Dunense Maioris Monasterii Nr. 11

Nosse debebitis si qui eritis posteris nostri, Maioris scilicet huius habitatores Monasterii Sancti Martini, feminam quandam nomine Osannam donasse Sancto Martino et nobis, sub regimine nunc agentibus domni abbatis Alberti, anno ab incarnatione Domini M LXXI, arpennum unum vineae apud Chamartium, in terra nostra situm. Ita ut illum, dum vixerit quidem obtineat, moriens autem dominio nostro dimittat. Actum testibus istis: Sivardo maiore, Bonello de Galhardo, Hildeberto Camberlenco, Andrea de Ponte, Dacfredo Crossabudem, Bernardo mariscalco, Petro coquo, Giraldo Muciolo, Acfredo famulo de Chamartio.